



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

De peccato originali.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

*Haec Propositio, inquit Facultas, Sæcul. XVI. A.C. 1527.*  
*falsa est, vehementer scandalosa, & in Ec-*  
*clesia sancta schismatis Lutherani ac hære-*  
*sis ejusdem impice nutritiva: eo quod multæ*  
*sint, & efficaces causæ ad sanctam legis cæ-*  
*libatus Sacerdotum observationem retinen-*  
*dam, & nullatenus mutandam, nullæ econ-*  
*tra, quæ justæ sint, oppositum suadeant.*

*In eadem hac censura Facultas ob-*  
*servat, quod nec ipsis quidem Græcis Sa-*  
*cerdotibus post susceptum sacrum Ordinem*  
*nova nuptiarum fœdera inire unquam licue-*  
*rit: unde si id a Græcis inviolabiliter ob-*  
*servatum est, quanto firmiori jure Sacerdo-*  
*tes Ecclesiæ Latine, quæ voto continentie*  
*se devinxit, ad hoc adstringuntur.*

### De peccato originali.

*Occasione hujus peccati Erasmus tex-*  
*tum S. Pauli ad Romanos cap. 5. ad Rom. c. 5.*  
*In Adam omnes peccaverunt, intelligere*  
*videtur de peccato actuali, quod genui-*  
*no Apostoli sensui adversatur; non enim*  
*veritati consonum est, quod omnes homi-*  
*nes peccato actuali deliquerint; quippe Par-*  
*vuli nondum usum rationis consecuti, actua-*  
*li peccato nunquam fuerunt obnoxii. Hu-*  
*jus loci expositio, inquit Facultas, Pela-*  
*gianorum errori favet, qui peccatum ori-*  
*ginale negabant.*

De